



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 80. Montacutum, & Tifaugium soluta Cognacensi Urbe ab exercitu Regio
captum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

tus consiliis plenior haberetur notitia, cum incertum esset, an Regis copiae vel Engolismam, vel Cognacum obsesuræ forent. His conclusis cuncta parabantur, ut nonnulli auxiliaribus copiis, quæ ductore Bipontino Duce advennerant, obviam mitterentur, hisque militibus injungeretur, ut in itinere oppidum aliquod Ligeri fluvio transmittendo opportunum occuparent: porro Colinnii ambos Principes Angeriacum deducebant, eo quod hoc oppidum ceteris tutius videretur, cum illud Calerius valido munitum præsidio teneret: Pilius autem Mediolani substitit cum suis copiis, donec Pontium proficisci jussus esset, subrogato in ejus locum Blaccono, qui urbem cum sua legione tueretur: Denique Engolismam mittebatur Montgomerius cum quindecim equitum turmis, quæ dum ante urbem diutius morabantur, suosque præstolabantur, ab incumbente Briffaco, qui eas infecutus fuerat, fusæ, ac plerisque in fossam urbis sese præcipitantibus dissipatæ sunt, ubi capta etiam sunt duo vexilla, & ex Ducibus quamplurimi.

§. LXXX.

*Montacutum, & Tifaugium soluta
Cognacensi urbe ab exercitu Regio
captum.*

Inter-

Sæcul. XVI.

A C 1569.

Sæcul XVI. **A.C. 1569.** **Thu. l. 44.** Interea Andegavenſis Dux caltris Cognacum verſus promotis, belli tormenta eo adduci juſſit: cum autem hanc urbem ſeptem peditum recentium millia defenderent, validasque eruptiones facerent, hinc regii milites, plusquam trecentorum jactura territi, nec non crebris ejuſmodi eruptionibus fatigati obſidionem ſolvere fatius ducebant: poſtquam vero Andegavenſis Dux tribus peditum millibus in Pictavia conſcriptis ſub ductu Pigallarii, & Bovileſ, quorum primus Andegavenſis, alter autem Nannetenſis Præfectus erat, auctus eſſet, mox Montacutum Tremollianae familiæ oppidum, cui Pleſſius præerat, cingere cæpit, tormentis ex Nannetenſi urbe adductis, ubi poſtea ad molatriam, quæ Nannetenſem portam reſpicit, ſoſſa promota, biduo ab incepta urbis oppugnatione Pleſſius deceſſit, quo mortuo Broſſius, qui ei ſucceſſerat, ſe gnaviter defendebat, aliquoties eruptione cum magno regionum damno facta. Durante hac obſidione Tiſaugium deditioe captum, auctoque obſidentium ardore Montacutum quoque expugnatum eſt, parique fato Cognacum ſuccubuit. His peractis etiam Mucidanum cinctum, occupatumque fuit, in cujus urbis obſidione Pompadoreus, & Briſſacus ambo ſtrenui Duces periere:

insuper sub idem tempus Andelotus unica Protestantium spes, atque Archithalassi Frater Mediolani - Santonum febre extinctus est.

Sæcul. XVI.
A.C. 1569.

Demum Germaniæ Protestantes suorum Fratrum, quo nomine appellabant cunctos Franciæ hæreticos, cladem miserati ipsis octo equitum millium suppeditas submittebant, ductore Bipontino Duce, qui datis ad Franciæ Regem literis hanc agendi rationem, quam hac in occasione teneret, excusare nitebatur, unico hoc usus obtentu, quod Franciæ subditi propter Religionem vexarentur, hinc veritatis amicos, imo in eis ipsam quoque veritatem tueri compelleretur: igitur ejus copiæ trajecto Rheno Germaniam percurrerant, cumque Ararim flumen transmisissent, Charitæum ad Ligerim occupabant.

§. LXXXI.

Rupi - apensis pugna.

Denique post crebras ultro, citroque cursitationes uterque exercitus sibi occurrens prælium inire cogebatur in finibus Bearnensis, & Occidanæ Provinciæ prope oppidum, quod vulgo Rupes - apis vocatur: porro ibi profligato Andegavensi Duce ejus peditatus, cui Strozzius imperabat, cum ingenti strage fusus, fugatusque est, ipso Strozzi

Thu. l. 45.
Duplex p.
757.

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. B b zio